

Alte Drucke

**CONFESSIO FI=||DEI CATHOLICAE CHRISTIANA
AV=||thoritate Synodi prouincialis quæ habita est
Petr=||couiæ Anno M. D. LI. Mense Iunio ædita: || ...**

Hosius, Stanislaus

Cracoviae, 1553

DE SACRIS ORDINIBVS QVI MAIOres vocantur. Caput. LI.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150329

*in fine libri
sui de heresib9*

Epistola. 8.

presbyteros quadraginta sex, diaconos septem, subdiaconos septem, acolithos quadraginta & duos, exorcistas & lectores cum hostiarijs quinquaginta & duos. Epiphanius ubi ordines enumerat meminit Episcopi primo loco, deinde presbyteri Diaconi, subdiaconi, lectorum, laboratorum, & Ianitorum. Ignatius vero salutari iubet primū presbyterum, deinde diaconos, mox subdiaconos, lectores, cantores, ostiarios, laborantes, exorcistas atq; confessores. Extremo vero loco custodes sanctarum portarum. Caterum ordines n̄ minores, inter sacros non numerabantur, sed n̄ tres tñ ad sacros ordines pertinere creduntur, subdiaconatus diaconatus, & sacerdotium.

DE SACRIS ORDINIBVS QVI MAIO-

res Vocantur. Caput. LI.



Inter sacros ordines, qui maiores appellantur, primum locum obtinet subdiaconatus. Est aut officium subdiaconi aquam ad ministerium altaris preparare, ac tantum de oblationibus in altari ponere quantum sufficere possit populo Dei, tum Epistolam cantare, in cuius rei signum accipit patenam & calicem vacuum de manu Episcopi & admonetur ut videat cuiusmodi ministeriū sibi tradatur, atq; ideo ita se exhibeat, ut Deo placere possit. Datur etiam liber epistolarum, diciturq; ei ab Episcopo ut eum accipiat, & habeat potestatem legendi eas in Ecclesia sancta Dei, tam pro viuis quam pro defunctis. In nomine patris & filij & spiritus sancti. Hoc officio dominus usus est, quando facta cœna cum discipulis, linteo se precinxit, & mittens aquam in peluim pedes discipulorum lauit, &

linteo

Ioanis. 13.

linteo exterfit. Qui suscipit hunc ordinem, ei cōtinentiē lex
 indicitur, vt impleatur illud quod à propheta dictum est
 Mundamini qui fertis vasa domini, æquum enim est, vt se *Esaie 52.*
 ipsos exhibeant vasa in honorem non in contumeliam, at-
 q; ab omni carnis inquinamento se contineant qui altari
 appropinquantes vasa illa ferunt in quibus corpus & san- *Li. 2 Epistolo*
 guis domini conficitur. Meminit Cyprianus, qui fuerunt in *Li. 3. epistolo. 21*
 Ecclesia Cartaginensi subdiaconorum Melsiæ, & Clemen *Li. 3 epistolo. 22*
 tis, per quos ad Cornelium papam literas dedit. Quin ip-
 sum Cyprianum ordinasse legimus subdiaconum Optatū
 Hunc ordinem sequitur ordo Diaconorum, qui latine pos-
 sunt dici ministri. Hic ordo leuitarum appellabatur in ve- *Numeri. 3.*
 teri testamento. Preceperat enim dominus Moyfi, vt post *Leuit. 8.*
 ordinationem Aaron & filiorum eius, tribus Leui ad diuini
 cultus ministerium ordinaretur, & consecraretur domino,
 & seruirent pro Israel in tabernaculo Dei coram Aaron &
 filiis eius. Legimus in actis apostolorum septem viros bo- *Actu. 6.*
 ni testimoniū spiritu sancto plenos ad hoc officium eiectos
 & oratiōe premissa manus eis impositas esse. Fuit inter eos
 Stephanus protomartyr, fuit & Nicolaus author sectę vni-
 us omnium flagiciosissimæ. Inde mos inoleuit, quinetiam
 decretum intercessit, vt in omni matricæ Ecclesiæ septē di-
 aconi circa Christi aram sublimiori gradu tanquam colū-
 ne septem episcopo assistant, habitiq; sunt Diaconi tanq̃ o-
 culi episcopi oberrantes & circumlustrantes cum verecun-
 dia actus totius Ecclesiæ perscrutantes diligentius. Si quē
 videant viciū fieri precipicio & proximum esse pecca-
 to, vt referant hæc ad Episcopum, vt commoneri ab eo pos-
 sit,

Epistola 1 ad
Iacobum frat
rem domini.
Tractatu 5.

Actu. 6.

Tractatu. 15.
in Mattheu.
In Homilia.
cōtra Concu
binarios.
Li. 2 Episto. 8.
In quartū Ca.
ad Ephe.
1. Timo. 3.

Matthei. 26.
ibidem.

sit, sicut à Clemente scriptum est, qui cūstodiebant etiam
Episcopum à maleuolis hominibus & consensum eius pre
bebant sacrificia. Origenes autem sacerdotes mauult ocu
los Ecclesiæ dici: quod speculatores Vocētur, diaconos aut
ceterosq; ministros, mauult existimari manus, quoniam p
eos opera spiritualia vniuersa geruntur, populum vero pe
des. Temporibus apostolorum sicut in actis legimus men
sis ministrabant, hoc est peccuniam dispensabant quæ da
batur apostolis & in pauperum vsus conuertebant. Sicut
ex eodem Origene, Chrysostomo, & qui precessit cum Ci
priano discimus. Ordinantur autem per manuum imposi
tionem, daturq; illis Euangeliorum liber, & potestas legen
di illud conceditur. Neq; legendi modo verum etiam præ
dicandi, quamuis æuo suo scribat Ambrosius prædicandi
potestatem diaconis ademptā fuisse. Hos apostolus vult
esse pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non
turpe lucrum sectantes, habentes mysterium fidei in con
scientia pura, quos primum etiam probare iubet & sic mi
nistrare nullum crimen habentes. Officio diaconi functus
existimatur Christus quando post cœnam proprio ore &
proprijs manibus sacramenta cōfecta dispensauit, & quā
do dormientes Apostolos ad orationem inuitauit dicens,
Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem.

DE SACERDOTIO.

Caput LII.



Nus autem excellentissimus ordo sacerdotū
cui reliqui omnes subseruiunt. Versatur eius
officium circa corpus Christi. Est autem cor
pus